

Alte Drucke

Concilia quatuor generalia

TOMVS PRI=||MVS QVATV=||OR CONCILIO||rum generalium. || Quadraginta
septem Conciliorum prouincialiu[m] au=||thenticorum. || Decretorum
sexaginta nouem Pontificum. Ab aposto=||lis & eoru[m]de[m] ...

Isidorus <Hispalensis>

Parisiis, 1524

INCIPIIT CONCILIVM LAODICENVM.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150505

neque p̄bros siue precepto vel consilio ep̄is
copi aliquid agere.
lviii Non oportet in domib⁹ ab ep̄iscopis vel
presbyteris oblationem fieri.

lix Non licere psalmos ab idiotis composi-
tos in ecclesia dici, nec libros qui non sunt
canonici legere.
Explicit capitula.

INCIPIT CONCILIUM LAODICENVM.



SANCTA SYNODVS QVE APVD LAODICEAM
phrigie pacatue cōuenit ex diuersis puinciis Asiae regulas exposuit ecclesiasticas
sicut infra scriptū est. Capitulum primum.

A De eo quod oportet scdm ecclesiasticum canonē eos qui libere & legitime se-
cundis nuptiis iuncti sunt nec occultā p̄mixtionē operati sunt pauco tpe exēpto
vacare orationibus & ieiuniis & secundum veniam reddi eis communionem.
Capitulum secundum.

B His qui diuerforum p̄tōrum lapsus incurrunt & oratione confessiōe ac penitētiā malorum suōrum
perfectam conuersionem demonstrant, pro qualitate peccati penitentie tēpus attribuendū est p̄pter
misericiā & bonitatē dei. Qui ergo huius nodi sunt, reuocandi & ad communionem sunt appli-
candi. Capitulum tertium.

C Non oportet neophitum promoueri ad ordinem sacerdotalem. Capitulum, iiii.

D Non licere manus impositionem super ordinandos presentibus cathecuminis fieri.
Capitulum quintum.

E Non licere fenerare ministris altaris vel in sacerdotali ordine constitutis vel vsuras vel lucra que sex
cupla dicuntur accipere. Capitulum sextum.

F Non concedendū in hereticis ingressum domus dei in heresi permanentibus. Capitulum, vii.

G Nouatianos vel etiam quartodecimanos quos greci thesserescedatires appellant id est qui quar-
tadecima luna primi mēsis cū iudeis pascha celebrat, sed & cathecumios eorū fideles nō recipi, priusq̃
cōdēnt oēm heresim, in qua detinebātur, plenissime autē añ oia & nūc q̃ apud eos fideles dicūtur sim-
bolum fidei doceantur, atque ita vinctos etiam sancto crismate diuino sacramento communicare con-
uenit. Capitulum octauum.

H Eos qui cōuertūtur ab heresi que dicitur cathaphrygarū qui se in dero cōstitutos existimant, quīs
magni dicantur huiusmodi cum omni diligentia catechizari oportet & baptizari ab ecclesie catholi-
ce ep̄iscopis & presbyteris. Capitulum nonum.

I Nō cōcedēdū in cimiteria vel que martyria hereticorū dicūtur catholicos oratiōis grā & petēde cu-
ratiōis intrare. Sed & qui ierūt si sunt fideles incōmunicabiles factos ad penitētiā vsque ad aliquod tē-
pus redigi, penitentes autem eos & errasse confitentes suscipi oportet. Capitulum, x.

k Mulieres que apud grecos presbytere appellātur apud nos vidue seniores vniuire matricurie ap-
pellātur in ecclesia tāq̃ ordiatas cōstitui nō debere. Capitulum, xi.

L Eos qui ad ecclesiam pertinent indifferēter filios p̄prios hereticorū nuptiis minime sociare debere.
Capitulum duodecimum.

M Ep̄m nō oportet p̄ter iudiciū metropolitanorū & finitimorū ep̄orū cōstitui ad ecclesie principatū,
nec eligātur nisi hi quos multo añ nota p̄babilisq̃ vita cōmendat. Et nichilomin⁹ si in sermōe fidei &
recta opatiōe p̄ suā cōuersationē fuerint p̄bati. Capitulum, xiii.

N De eo quod non sit populis concedendum electionem facere eorum qui altaris ministerio sunt ap-
plicandi. Capitulum decimumquartum.

O Sanctas oblatiōes ad vicem eulogiarum p̄festiuitatem paschalem ad alias parochias mitti mi-
nime oportet. Capitulum decimumquintum.

p Nō licere p̄ter canonicos psalmos nisi q̃ regulariter cantores existūt, q̃que pulpitu ascēdūt & de co-
dice legūt aliū quēlibet in ecclesia psallere. Capitulum decimumsextum.

Q Sabbatis euāgelia cū aliis scripturis legēda esse censemus. Capitulum, xvii.

R In p̄cessionibus nō cōnectere, i. ex diuersis versibus & sensibus libri in vnū canticū minime cōiun-
gere. Sed singulorū psalmorū ordinabiliter debere fieri lectionem. Capitulum, xviii.
de eo quod

curpatiani
occultas nuptias
vacantibus
seruatis in p̄secutione
faciunt

sergualia
vel photruanos
p̄uigui autē cum
in reliquum autē

congregationibus
sz inter quosdā psalmos

De eo quod semper supplicationes orationum & ad horam nonam & vesperam oportet celebrari. A

Capitulum decimum nonum.

Quoniam cathecuminorum oratione separatim & prius psalms eis episcopus oportet celebrare. Quibus egres-
sis orat etiam hi qui in penitentia sunt constituti. Et post manus impositionem his quoque abscedentibus tunc fide-
les orare debent. Quorum tres orationes fiat una quod est. i. prima per silentium secunda vero & tertia per vocis per-
nuntiationem, & tunc demum osculum pacis dare debere. Et postea quam presbiter episcopo pacem dederint, tunc etiam
laicos dare & tunc oblatio offeratur, solis autem ministris altaris liceat ingredi ad altare & ibidem com-
municare.

Capitulum vigesimum.

Quoniam non oportet diaconum sedere ante presbiterum sed ex iussione presbiteri sedeat, similiter autem honorificetur
& diaconus a ministris inferioribus & omnibus clericis. C

Capitulum vigesimum primum.

Quoniam non oportet subdiaconos licentiam habere in secretarium siue sacrum quod greci dia-
conicon appellant ingredi, & contingere vasa dominica. D

Ministrum non oportet orariis uti nec hostia derelinquere. E

Capitulum vigesimum tertium.

Quoniam non oportet lectores aut psalmistas orariis uti & sic legere aut psallere. F

Capitulum vigesimum quartum.

Quoniam non oportet clericos seruientes a presbiteris usque ad diaconos & deinceps ordines ecclesiastici omnes usque
ad ministros, aut lectores, aut psalmistas, aut exorcistas, aut hostiarios, aut etiam eos qui in proposito continentie
sunt tabernaculis intrare. G

Capitulum. xxv.

Non oportet diaconum panem dare nec calicem benedicere. H

Capitulum. xxvi.

Non oportet ergo exorcizare eos qui nec dum ab episcopis sunt pueri, neque in ecclesiis neque intra
domos. I

Capitulum. xxvii.

Non oportet ministros altaris vel quoslibet clericos ad agapem vocatos partes tollere, propter iniuriam quod
ex hac occasione ecclesiastico ordini possit deputari. Capitulum. xxviii.

Non oportet in basilicis seu ecclesiis agapem facere & intus manducare vel accubitus sternere. L

Capitulum vigesimum nonum.

Non oportet christianos iudaizare & in sabbato vacare sed operari eos in eadem die dominica prepo-
nendo eidem diei. Si hoc eis placet vacent tanquam christiani. Quod si inuenti fuerint iudaizare ana-
thema sint. M

Capitulum trigessimum.

Quoniam non oportet ministros altaris vel etiam clericos quoslibet aut continentem se, aut omnino omnino
christianum cum mulieribus lauacra habere communia. Est enim apud gentes prima reprehensio. N

Capitulum trigessimum primum.

Quoniam non oportet cum hereticis commiscere conubia, & vel filios & filias dare, sed potius accipere si
tamen profiteantur christianos se futuros esse & catholicos. O

Capitulum trigessimum secundum.

Non oportet hereticorum benedictiones accipere, quoniam maledictiones magis sunt quam be-
nedictiones. P

Capitulum trigessimum tertium.

Non oportet cum hereticis vel schismaticis orare. Capitulum. xxxiiii.

Non oportet omnino christianum derelictis martyribus christi abire ad falsos martyres, hi enim alieni a deo sunt
Quicumque autem abire voluerit anathema sit. Capitulum trigessimum quintum.

Non oportet christianos derelicta ecclesia dei abire ad agulos idolatrie abominande congregationes fac-
re que omnia interdicta sunt. Quicumque autem inuentus fuerit occulte huic idolatrie vacas anathema sit, quo-
niam derelinquens dominum nostrum Iesum christum filium dei accessit ad idola. Capitulum. xxxvi.

Quoniam non oportet ministros altaris aut clericos magos & incantatores esse, aut facere que di-
cuntur phylacteria, que sunt magna obligamenta animarum, nos autem qui talibus rebus utimur prohi-
ci ab ecclesia iussimus. Capitulum trigessimum septimum.

Quoniam non oportet a iudeis vel hereticis feriatum que mittuntur accipere, nec cum eis dies age-
re feriatos. V

Capitulum trigessimum octauum.

Non oportet a iudeis azimas accipere, aut communicare impietatibus eorum. X

Capitulum trigessimum nonum.

Non oportet cum paganis festa celebrare & impietatibus eorum habere societatem. Y

Bpost multa etiam

et alios

R. s. hereticos & schismaticos

S. et angelos appellat.

T. s. autem astrologos

et ipsorum

CONCILIVM LAODICENVM.

Capitulum quadagesimum.

- A ¶ Non oportet vocatos episcopos ad synodum contempnere, sed abire debere, & aut docere aut doceri que sunt ad ecclesie ceterorumq; correctionem utilia. Quod si contempserit se ipsum videtur ac-
cusasse nisi forte pro infirmitate ire non possit. Capitulum quadagesimum primum.
- B ¶ Non oportet ministrum altaris vel etiam laicum sine canonicis litteris, id est formata alicubi pro-
ficisci. Capitulum quadagesimum secundum.
- C ¶ Non oportet ministrum altaris vel quemlibet clericum preter iussionem episcopi ad peregrina-
dum proficisci. Capitulum quadagesimum tertium.
- D ¶ Non oportet ministros, id est hostiarios vel breui tempore ab hostiis deesse, & orationi vacare.
Capitulum quadagesimum quartum.
- E ¶ Non oportet post duas ebdomadas quadagesime quemlibet ad baptismum suscipi.
Capitulum quadagesimum quintum.
- F ¶ Non oportet mulieres ingredi ad altare. Capitulum quadagesimum sextum.
- G ¶ Baptizandos oportet fidei symbolum discere & quita feria vltime septimane vel episcopo vel pres-
bytero reddere. Capitulum quadagesimum septimum.
- H ¶ Qui in egritudine constituti baptismum perceperunt facti sani fidei symbolum doceantur, vt no-
uerint qua donatione digni sunt habiti. Capitulum quadagesimum octauum.
- I ¶ Oportet baptizatos post baptismum sacratissimum chrisma percipere, & celestis regni participes
fieri. Capitulum quadagesimum nonum.
- k ¶ Non oportet in quadagesima panem offerri nisi sabbato & dominica tantum.
Capitulum quinquagesimum.
- L ¶ Non oportet in quadagesime quinta feria vltime ebdomade ieiunium dissolui & totam quadra-
gesimam inhonorari, sed per totos dies ieiunare, & escis abstinentie conuenientibus id est aridioribus
viti. Capitulum quinquagesimum primum.
- M ¶ Non oportet in quadagesima martyrum natalitia celebrari, sed eorum in sabbato & dominica
tantum memoriam fieri. Capitulum quinquagesimum secundum.
- N ¶ Non oportet in quadagesima aut nuptias vel quelibet natalitia celebrare.
Capitulum quinquagesimum tertium.
- O ¶ Non oportet christianos ad nuptias euntes vel balare vel saltare, sed caste cenare vel prandere com-
petit christianis. Capitulum quinquagesimum quartum.
- P ¶ Non oportet ministros altaris vel quoslibet clericos spectaculis aliquibus, que aut in nuptiis aut in sce-
nis exhibentur interesse, sed anteq; thermelici ingrediantur surgere eos de conuiuio & abire debere.
Capitulum quinquagesimum quintum.
- Q ¶ Non oportet ministros altaris vel quoslibet clericos vel etiam laicos xpianos ex symbolis que vulg-
comissalia appellat conuiuia celebrare. Capitulum quinquagesimum sextum.
- R ¶ Non oportet pbrs an ingressum epi ingredi ecclesiam & sedere in tribunalibus sed cu epi ingredi, nisi
forte aut egrotet epi, aut in peregrinationis comodo eu abesse constiterit. Capitulum lxii.
- S ¶ Non debere in villis & vicis epos ordinari, sed visitatores, id est q circueant constitui, his autem q an hoc or-
dinati sunt nichil agere censem, nisi consuetudine epi ciuitatis. Similiter etiam pbrs nichil sine precepto & con-
silio episcopi agant. Capitulum quinquagesimum octauum.
- T ¶ Non oportet in domibus oblationes ab epis siue pbris fieri. Capitulum lxx.
- V ¶ Non oportet ab idiotis psalmos copulatos & vulgares in ecclesiis dici neq; libros q sunt extra canone
legere nisi solos canonicos noui & veteris testameti, q aut oporteat legi & in auctoritate recipi hec sunt.
Genesis, Exodus, Leuiticus, Numeri, Deuteronomium, Iesu naue, Iudicum, Ruth, Regnorum libri quatuor,
Paralipomenon libri duo, Esdre, liber psalmorum numero cl, puerbia Salomonis, Ecclesiasticus, Cantica
canticorum, Iob, Hester, xii, prophetarum libri, id est Osee & Amos, Ioel, Abdias, Ionas, Micheas, Naui,
Abacuc, Sophonias, Aggeus, Zacharias, Malachias, esaias, hieremias, Ezechiel, Daniel, Noui testameti,
id est euangelium secundum Mattheum, secundum Marcum, secundum Lucam, secundum Iohannem, Actus apostolorum, Canonice epistole, vii,
Iacobi vna, Petri due, id est i & ii, Iohannis tres, id est i, ii, & iii, Iude vna, Epistole Pauli apostoli numero xiiii, ad Roma-
nos, ad Corinthios, id est i & ii, ad Galathas, ad Ephesios, ad Philippenses vna, ad Colosen, vna, ad Thessaloni-
enses due, id est i & ii, ad Thimoteum due, id est i & ii, ad Titum, ad Philemonem, ad Hebreos.

EXPLICIT CONCILIVM LAODICENVM.

incipiunt

INCIPIUNT CAPITVLA CONCILII CONSTANTINO-
POLITANI.

Capitulum primum.

i Custodiendam esse fidem patrum trecento-
rum decem & octo.

ii Vt episcopi suam dioecesim gubernent nec ad
alias accedant.

iii Non inuitatos episcopos ultra dioecesim p-
priam accedere non debere.

iiii De ecclesiis in barbaricis compositis.

v De honore constantinopolitani episcopi.

vi De maximo Cinico philosopho.

vii De fide symboli apud constantinopo-
lim constituti.

Expliciunt capitula.

INCIPIT CONCILIVM CONSTANTINOPOLITANVM

habitu ab. cl. epis sub theodosio maiore Siagrio & Eucherio consu. Era. cccc. xix. aduersus Macedoniū.

H Eregule siue diffinitiones sunt expolite ab episcopis. cl. qui in vnum constantinopolim co-
uenerunt qñ beatus nectarius episcopus ordinatus est, dñato maximo Cinico, quorū nomina

& puincie continentur in greco,

Capitulum primum.

ON SPERNENDAM ESSE FIDEM PATRVN TRE

cetorū decē & octo qui in nicea bithinie couenerunt, sed manere eā ratam oportet, & anathematizare oēm heresim, specialiter aut eunomianorum immo an-
mianorū qui latine sine lege dicuntur, & arrianorū siue eudoxianorū semina arria-
norum, necnō pneumatomachorū. i. qui cōtra spiritum sanctū pugnat, & label-
lianorum & marcellianorū & fotinianorum & apollinaristarum.

Capitulum secundum.

Episcopi qui extra dioecesim sunt ad ecclesias que extra terminos eorū sunt nō accedant, neq; co-
fundat & pmisceant ecclias scdm regulas constitutas, Alexandrie quidē episcopi solius orientis curam
gerant seruatis honoribus primatus ecclie antiochene q in regulis nicene synodi continetur. Sed &
asiane dioecesis episcopi ea que sunt in asia & que ad asianā tantūmō dioecesim pntinent gubernent, Pōti
aut episcopi pōtice tātum dioecesis habeāt curā, tracie vero ipsius tantūmodo tracie.

Capitulum tertium.

Nō inuitati episcopi ultra dioecesim accedere nō debēt sup ordinandis aliquib⁹, vel quibuscūq; di-
spōndis ecclias ticiis causis, seruata regula que supra scripta est, de vnaquaq; diocesi, manifestū naq; ē
qd p singulas quasq; puincias puincialis synod⁹ administrare & gubernare oia debeat, scdm ea que
sunt in nicea definita.

Capitulum quartum.

Ecclesias aut dei que sunt in barbaricis gētib⁹ cōstitute regere atq; administrare oportet scdm cō-
suetudinē que a pñb⁹ obtinuisse dinoscitur.

Capitulum quintum.

Constantinopolitane ciuitatis episcopum habere oportet primat⁹ honorē post romanum episcopū
ppter quod sit noua Roma.

Capitulum sextum.

Propter toti⁹ indiscipline ei⁹ doctrinā que cōstātinopoli orta est, vt neq; maxim⁹ fuisse aut
esse etiā putetur episcopus statutum est, neq; hi qui ab eo sunt ordinati qualecūq; gradum deri-
catus obtineant omnibus scilicet que circa eum vel ab eo gesta sunt in irritum reuocatis.

Capitulum septimum.

Redim⁹ in vnū deū patrē oipotentē factorē celi & terre, visibiliū oīm & inuisibiliū condi-
torē, & in vnū dñm Iesum christū filiū dei vnigenitū ex prē natum añ oia secula, deū ex deo, lu-
mē ex lumine, deum verum ex deo vero, natum nō factum omouisiō pñ hoc est ei⁹ dē cum prē sub-
stātie p quē oia facta sunt, que in celo & que in terra, q ppter nos hoies & ppter nostrā salutē descendit
de celis, & incarnat⁹ est de spūscō ex maria virgine, hō fact⁹ passus est sub pōtio pylato, ac sepultus &
tertia die resurrexit, ascēdit in celos sedet ad dexterā patris, inde vētur⁹ est cum glia iudicare viuos &
mortuos, cuius regnī nō erit finis, Credimus in spiritum sanctum dñm & viuificatōrē ex prē pcedē-
tē cum prē & filio adorādum & cōglificādum, q locutus est p pphetas, vnā catholicā atq; aplicā ec-
clesiā, cōfitemur vnū baptisma in remissionē pccōrum, expectamus resurrectionē mortuorum, & vi-
tā futuri seculi, Amē. Noia. d. Sectarius cōstāti. Thimotheus alexādrie, Dorotheus a corintho, Cy-
rillus hierosolymitanus, Calasius cesariē. Macer hiericōti⁹, Dionī. diospolitanus, Priscian⁹ nichopo-
litanus, Saturninus sebastiē. Auxērius ascholo. Elianus raniēsis, Zenō tyrius, Paulus sydo. Deibus
aptolomaida, Philip. damasc. Varachus peneadēsis. Thimotheus, Basilides. Abbibo Mochini⁹ ara-
clensis, & ceteri.

Expliciunt concilium constantinopolitanum.

o. i.

A

B

C

D

E

F

G

H

sed ^{i. maxime} ^{egypti, orientis vero} ^{episcopi solius orientis}

de maximo aut cinico et
de perurbatione p iysu facta
in constantinopoli

A Incipit synodus ephelina prima ducentorum episcoporum habita aduersus Nestorium constantino-
politano episcopo, qui purum hominem ex sancta virgine maria natum asseruit, ut aliam personam carnis, aliam
faceret deitatis, nec unum christum in verbo dei & carne sentiret, sed separatim atque seiunctim alterum fi-
lium dei, alterum hominis predicaret. Conuenit autem hec synodus theodosio iuniore tertio decimo
mo & Valentiniano tertio consulibus era. cccclxviii. Cui synodo presedit beatissimus quondam Cy-
rillus Alexandrie episcopus qui cum omni concilio ad eundem Nestorium hec synodalia decreta transmisit.

EPISTOLA CONCILII EPHESINI AD NESTORIVM.

B RELIGIOSO ET DEO AMABILI CONSACERDO
ti Nestorio Cyrillus, vel quicumque sunt apud ephesi synodum. Cum saluator no-
ster aperte pronunciet, qui diligit patrem aut matrem super me non est me di-
gnus, & qui diligit filium aut filiam super me non est me dignus, quid nos pa-
tiemur qui deposcimus a tua religione, ut te super christum saluatorem omnium
diligamus? Quid enim nobis in die iudicii proderit aut quam satisfactionem
reperire poterimus propter tam diuturnum silentium de prolatis a te contra eum
blasphemiis? Et si quidem te tantummodo ledes docens ista vel senties, sollicitudo nobis minor exi-
steret. Cum vero totam scandalizaueris ecclesiam, & fermentum insolite prauitatis & noue heresis mi-
scueris in populis, nec tantum ibidem positus sed ubique consistentibus. Nam tuarum expositionum
libri per cuncta vulgati sunt, per nostrum silentio que oculo ultra vel excusationis sermo sufficiat? Aut quo
modo non necesse sit meminisse christi domini sic dicentis, non putetis quod venerim pacem mittere in ter-
ram, non veni pacem mittere sed gladium, veni enim separare hominem aduersus patrem suum, & filiam aduersus matrem
suam. Nam cum leditur fides, parentum reuerentia velut inutilis & periculosa despicitur, & amor erga filios fra-
tresque vitatur, ad postremum etiam super ipsam vitam mors potius a piis viris eligitur, ut meliorem
resurrectionem (sicut scriptum est) consequatur. Ecce itaque te simul cum sancta synodo qui apud amplam
urbem Romam congregata est, presidente sanctissimo & reuerentissimo patre & consacerdote nostro ce-
lestino episcopo his scriptis synodicis te etiam tertio conuenimus consilium dantes ut a tam prauis ab-
stineas dogmatibus que & sentire cognosceris & docere. Recipias vero fidem rectam ecclesie prebea-
tissimos apostolos & euangelistas ab initio traditam, qui & oculis inspexerunt & ministri verbi fuisse
monstrantur. Quod si hoc religio tua facere distulerit iuxta dilationem litteris prefinitam sanctissimi
& reuerentissimi consacerdotis nostri Romane presulis ecclesie Celestini scias te nullam sortem habere
nobiscum, nec locum aut conuiuium cum dei sacerdotibus & episcopis obtinere. Non enim fas est conteri
non solum ecclesias ita turbatas & scandalizatas populis, fideque rectissimam violata dissipatamque quin
etiam gregem quem custodire debueras, si quidem iuxta nos amator recti dogmatis extitisses sancto-
rum patrum vestigia pia consecretans. **C** Omnes itaque quos propter fidem tua religio a communione
remouit, aut ab ordine suo deposuit laicos & clericos in nostram communionem recipimus, non enim
iustum est eos tuis decretis opprimi qui nouerunt recta sentire. Qui etiam beneficientes tibi pru-
dentissime resisterunt, hoc idem namque in epistola quam misimus ad presulem ample Rome sanctum
& coepiscopum nostrum Celestinum significare curasti. Non autem sufficit vel tue religioni tantum
modo fidei symbolum confiteri quod expositum est per idem tempus spiritu sancto largiente, & ve-
nerando & magno concilio apud niceam congregato. **H**oc enim non intellexisti nec recte in-
terpretatus es quin immo peruerse, licet sono vocis eadem verba protuleris. Sed consequens est etiam
iureiurando fateri te quod anathematizes quidem tua polluta & prophana dogmata, sentias autem & do-
ceas que nos vniuersi per orientem seu per occidentem episcopi & magistri, presulesque populorum
credimus & docemus. Epistolis autem ab alexandria tue religionis directis ecclesia consensum pre-
buit tam ea que apud urbem Romanam conuenit sancta synodus, quam etiam nos omnes velut recte
irreprehensibiliterque conscriptis, subdidimus autem his nostris que sentire oporteat & docere, & a
quibus abstinere conueniat, hec est enim fides catholice ecclesie, cui cuncti consentiunt orthodoxi per orien-
tem occidentemque pontifices.

C Redimimus in unum deum patrem omnipotentem, omnium visibilium & invisibilium conditorem, & in unum
dominum